



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XIII. An Clerici sint liberi à iugo sæcularis Potestatis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Vide Luthero-cal. p. 2. q. 50. & Antichristum p. 2. q. 20. Vnde S. Aug. ser. 219. de temp. Deus qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatur repetere: non sibi, sed nobis profuturam: iuxta Malac. 3. Insete decimam in horreis meis; ut sit cibus in domo mea; & probate me in his. Idem hom. 48. l. 50. hom. Maiores nostri ideo abundabant, quia Deo decimas dabant, & Casari censum: Modo quia discessit deuotio Dei, accessit inditio fisci. Nolumus partiri cum Domino decimas; modo totum tollitur.

QVÆSTIO XIII.

An Clerici sint liberi à iugo secularis potestatis?

HÆRESIARCH. Martilius de Padua, sub annum 1340. & Ioan de Lugduno, perpendunt; Nec Christum, Mat. 17. immunem fuisse tributi; pendisse que necessitate; non voluntate: Teste Turrecremata:

LUTHERANI, vt Brentius in Prolegom. Martyr in Ro. 13 Melanc. in locis cap. de Magistr. In causis Ecclesiasticis Clericos politicis tribunalibus subiectos esse: Nec Principes dato priuilegio posses soluere: quod hoc foret contra ius diuinum.

CALVINVS Inst. 4. c. 11. §. 15. Clericos in omnibus, nō tamen in mere Ecclesiasticis, subiecti politicis. Sic & sectatores eius ceteri.

PAPISTA. Rectè apud Sulpitium l. 2. hist. exclamat S. Martinus: *Novum & inauditum nefas ut causam Eccl. sic Iudex sacculi indicaret.*

2. Hinc Concilia grauiter vindicant in clericos ad sæcularium tribunalia confugas.

3. Quin Apostolus, 1. Cor. 6. nec laicorum Christianorum lites ad Ethnicorum iudicia afferri patitur. Vide in meo Luthero-cal. p. 2. q. 51. Quare Conc. Agathense Can. 32. Clericum nullus presumat apud se. indicē, Episcopo non permittente, pulsare. Quo gloriofior vox est Constanti-

ni, & S. Greg. l. 4. ep. 75. Vos Djesus, à summo Deo constituti: equum non est, vt homo dicet Deos. Tamen iusta vox est S. Ambrosii oratione de tradendis Basilicis. Agri Ecclesie soluit tributum; quod cœptum sub Iustiniano Imp. Nam antea immunitia erant, teste Hier. in Mat. 17. Primitiæ autem Exceptionem Clericorum, in rebus politicis, tū quoad personas, tum quoad Bona, introductum esse iure humano pariter & Diuino constat. De diuino vide Antichristum p. 2. q. 21.

QVÆSTIO XIV.

Quam proprium Hæreticis odium in Monachos?

HÆRESIARCH. Donatus pseudoepiscopus Cathag. arthee arrogans sic, vt e Deum crederet, & iactaret; anno 331. peperit sectam Circumcellionum propudiosissimam, armatam Ecclesie perturbatricem, teste Cas. Bar. to. 3. anno 331. in primis verò Monasticam diram persecutricem: teste S. Aug. in Pl. 132. Circumcelliones insultant de Monachis. Primo si comparandi sint, vos videte: Quid opus est, vt verbis nostris comparatur ebrioscum Jobrij. furones cum simplicibus, vagantur cum congregatio? Si tamen dicere consueverunt, quid sibi vult nomen Monachorum? Quanto malis dicimus nos, quid sibi vult nomen Circumcellionum?

2. De Petiliano hæretico S. Aug. l. 3. contra Petilianum. c. 40. Perrexit ore maledico in vituperationem monasteriorum & Monachorum: arguens etiam me, quod ad genus vita à me fuerit institutum.

3. De Arianis Rufinus hist. l. 11. c. 3. Lucius Episcopus ad monasteria furoris sui arma conuertit, vastat eremum, & bella quiescentibus indicit. Ter mille simul, aut eò amplius, viros per totam solitudinem dispersos, oppugnauerunt, riter aggreditur. Nonam belli speciem videt hostes, suam gladijs obiectare ceruices, & nihil aliud dicere, quam Amici, ad quid venisti?

4. Valens Imperator Arianus teste S. Hieronymo in Chronico, vsque adeo Monachos odit, vt lege lata, Monachos omnes aut arma sumere, milites que fieri, aut fustibus cædi, mactari que decreuerit.

5. Constant. Copronymus Imp. Iconomachus simul & Monachomachus immania in Monachos pertrauit.

6. Wicleff vociferabatur, ad vnū omnes Monachos à diabolo in Ecclesiam introductos; Augustinum, Benedictum, Bern. &c. ad inferos esse damnatos.